BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



therebynti et direxerunt aciem ad pugnandum
contra phylistijm. Et phylistijm stabant sup
montem ex hac parte. et isrl' stabat sup montem
ex altera parte. uallisque erat inter eos. Egres
sus autem est vir spurius de castris phylisti
norum nomine goliath de geth altitudinis cu
bitorum sex et palmo. et cassis erea super caput
eius et lorica armata induebatur. Tu Rx. vj.
Porro pondus lorice eius. vj. milia siclo
rum eris appendebat. et ocreas ereas
habebat in cruribus. et clipeus eius ereus tege
bat humeros eius. Hastile autem haste eius erat
quasi liciatorium texentum. ipsum autem ferrum
haste eius sex centos siclos appendebat. et
armiger eius ante cedebat eum. stansque cla
mabat adversus phalangas isrl'. et dicebat
eis. Quare uenistis parati ad prelium. Tu.
Numquid non ego phylisteus sum. et uos ser
ui saul. Eligite ex uobis virum et descendat
ad singulare certamen. Si quiuerit pug
nare mecum et percusserit me erimus serui vri.
si autem ego preualuero et percussero eum uos
eritis serui nri. et seruietis nobis. Tu autem.

50
(285)